



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Concilivm Erpfordiense In Cavsa Disciplinae Ecclesiasticae celebratum,
anno Domini DCCCCXXXII. tempore Ioannis papae XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

illum quinquennalem eiectum, ab huiusmodi monstro pallium nequaquam petiisset, nisi tanti ipse fecisset Romani pontificis nomen, ut etiam in homine immerito & illegitime collocato illud honorandum esse putasset, sedemque apostolicam a nemine, præterquam a Deo, diiudicandam esse sibi persuasisset. Hunc pontificem Albericus frater vna cum matre Marozia custodiæ mancipatum usque ad diem obitus detinuit. Marozia Hugoni regi Vvidonis defuncti mariti germano Urbis dominium obtulit, si ille suo se coniugio confœderandum promitteret. Accepit conditionem Hugo, & clanculo arcem sancti Angeli ingressus, post incestum cum relicta fratris vxore commissum, Romanos despexit; Albericum priuignum suum, dum iussu matris Marozia aquam manibus eius infunderet, quasi immoderate effudisset, in faciem cecidit. Quam ut ille iniuriam vlcisceretur, Romanos ad defectionem commouit, postque arcem impugnatam, ut ait Luitprandus, Hugonem vitricum suum incestuosum fugauit: matrem vero Maroziam vna cum fratre Ioanne pseudopapa mandauit detineri sub custodia, in qua violentus inuasor violenter deiectus obiit, postquam sedem apostolicam quinque annis & aliquot mensibus non tam rexisset, quam turpiter inquinasset.

CONCILIVM ERPFORDIENSE

IN CAUSA DISCIPLINÆ ECCLESIASTICÆ
celebratum, anno Domini DCCCCXXXII. tempore
Ioannis papæ XI.

ANNO
CHRISTI
932.

P R Æ F A T I O.

ANNO ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi non-
gentesimo trigesimo secundo, anno etiam domini
* H. regis Christianissimi decimoquarto, indictione quin- * Henrici
ta, sub die Kalendarum Iuniarum, congregata est apud Er-
pesfurt sancta & vniuersalis Synodus, ut rex sapientissimus
cum consilio primatum suorum decreuit, inspirante om-
nium Saluatoris clemētia, pro vtilitate & statu sanctæ ma-
tris ecclesiæ. Cuius regis solertiam prudentissimi viri Hildi-
berti archiepiscopi * gubernabat. Confidentibus religio- * deff.
aliquid.

ANNO
CHRISTI
932.
* Ruitge-
ro, qui
anno 934
obit.

* Mona-
sticenis

* de his
membris
precedens,
tam, ut
insinuat
sequens
particula,
quam.

fissimis sacerdotibus, id est * R. sanctæ Treuerensis ecclesiæ archiepiscopo, Vnni sanctæ Hamburgensis ecclesiæ episcopo, Adaluardo † Fardunensis ecclesiæ episcopo, Rino Argentinæ ciuitatis episcopo, Nodingo Constantinæ ecclesiæ episcopo, Vnuano Padeburnensis ecclesiæ episcopo, Bernardo Halberstadenſis ecclesiæ episcopo, Othilrico Augustodunēſis ecclesiæ episcopo, Burchardo Vvirtzeburgensis ecclesiæ episcopo, Duodone Osnaburgensis ecclesiæ episcopo, Rumaldo * Memigernafurdensis ecclesiæ episcopo, Eburgiso † Mimidonensis ecclesiæ episcopo, nec non & abbatibus, aliisque sacri ordinis viris. Porro cum eorum vnanimitate, ac primum Deo fauente, eorum capitula infra notata, * quam pro populi Christiani correctione collecta sunt.

† Virtu-
nensis ho-
die in Gal-
lia, sed ma-
lim de Ger-
mania capi.
Nam & ap-
dosi Ger-
mania po-
puli, qui
forte sunt
Tacito
Suardones.
† Antonino
Minnedu-
num, vulgo
Milden.

CAPITVLA.

I.

Vt deinceps natalitia duodecim apostolorum summa veneratione solenniter celebrentur: & in vigiliis antiquitus statutis atque hactenus ab antecessoribus nostris seruatis ieiuniorum vota omni diligentia persoluere decernimus: quia quos cælitus sublimioris meriti scimus, hos & amplioris dignitate honoris a nobis colendos esse non dubitamus.

II.

Placita sæcularia dominicis vel aliis festis diebus, seu etiam in quibus legitima ieiunia celebrantur, secundum canonicam institutionem, minime fieri volumus. Insuper quoque gloriosissimus rex ad augmentum Christianæ religionis concessit, vt nulla iudiciaria potestas licentiam habeat Christianos sua auctoritate ad placitum bannire septem diebus ante natale Domini, & a quinquagesima vsque ad octauas paschæ, & septem diebus ante na-

Burch. lib.
13. c. 21. luo
p. 4. c. 51.
Decret. 15.
q. 4. c. Pla-
cita.

tiuitatem sancti Ioannis Baptistæ, quatenus ad-
eundi ecclesiam, orationibusque vacandi liberius
habeatur facultas.

ANNO
CHRISTI
934.

III.

Burch. lib.
13. cap. 28.
Iuo part. 4.
cap. 60.

Præcipimus namque, vt nullus Christianus eccle-
siam pro reuerentia petendo, ibique manendo,
indeque reuertendo, alicuius publicæ potestatis
banno ibidem constringatur, ne forte, dum ad ec-
clesiam causa orationum properat, per bannum
impediatur pro salute animæ deuote insistere.

IV.

Similia
quædam in
Concilio
Agathensi
Can. 4.
apud Iuon.
part. 6, cap.
226.

Si quis presbyter aut diaconus negligens vi-
tæ suæ, mala de se suspicari permiserit, & eius infam-
ia coram episcopo canonice denotatur, admo-
neatur ab episcopo semel, bis, ac tertio, vt vel
prodendo reatum culpabilem se esse cognoscat,
& sic iustæ correptionis sententiam excipiat; aut
adhibitis secum collegis iuramento se expurgan-
do innocentem se esse demonstret.

V.

Burch. lib.
13. cap. 27.
Iuo part. 4.
cap. 59.

Vt nemo nisi consentiente proprio episcopo,
aut eius misso sub obtentu religionis ieiunium
sibi imponat, vnum præ aliis excipiendo, omni-
modo interdiciamus. Quod & factum displicet,
& in futurum fieri prohibemus, quia plus causa
ariolandi esse cognoscitur, quam supplementum
legis catholicæ.